Ad

ACADEMIÆ LIPSIENSIS

per superius Semestre hybernum

RECTOREM MAGNIFICUM,

DOMINUM

D. GOTTLOB FRIDERICUM SELIGMANNUM,

Theologiæ Professorem Ordinarium,

Consistorii Assessorem,

Majoris Principum Collegii Collegiatum

& ad D. Thomæ Pastorem,

VENERANDUM SUUM SOCERUM,

EPISTOLA,

Qua

Depositam Purpuram Ipsi gratulatur,

simulque

RECTORUM ACADEMIÆ LIPSIENSIS,

Qui Seculo proxime elapso sibi invicem successerunt,

SYLLABUM

exhibet

M. HENRICUS PIPPING, LIPSIENSIS,

SS. Theologiæ Baccalaureus & in Patria Ecclesiastes.

LIPSIÆ,

Apud JO. LUDOVICUM GLEDITSCHIUM. MDCCI.

QVi hodie illuxit Aprilis dies supra vigesimum tertius, GEORGIO in Fastis sacratus, & toti Academiæ Lipsiensi maxime solennis, & TIBI, VENERANDE SOCER, admodum est lætabilis. Quemadmodum enim a suis inde primordiis Alma Studiorum Mater publicam Dignitatis Rectoralis commutationem ipso illo die celebrare suevit, moremque hunc ad nostra usque tempora constanter tenuit, ut, quotquot eum attingunt, Rectores per hybernum semestre in gerendis Sceptris Academicis occupatos sub horam ejus meridianam regimen administratum alii, qui per æstivum tempus proximum eodem defungatur, videat committere: ita TIBI, RECTOR hactenus MAGNIFICE, illam hac luce felicitatem obtingere gaudes, ut & TU Purpuram, quam ante hos sex menses induisti, feliciter nunc rursus exuas. Gaudentem vero TE dum ego mihi ante oculos constituo, non possum, quin lætitiam TUA propemodum majorem persentiscam, quandoquidem in Familiam TUAM ante hunc annum susceptus alterum in TE Parentem divina Providentia donatum mihi agnosco, qui Genitori meo & Ipsi hactenus, DEO mihi singulariter favente, superstiti, (atque utinam diu superstiti, vegetaque porro senectute fruenti!) socias manus jungere, salutemque meam servare pariter & amplificare modis omnibus allaborat. Quidni ergo in gaudii TUI lubens me ingererem consortium, quando TUA ex prosperitate maximum & meæ fortunæ meliori emolumentum polliceri licet? Nec intra pectoris angustias se continere novit mea isthæc exultatio, quin erumpit potius in voces publicas, quibus TIBI gratulari totus gestio. Debeo hanc pietatem TUIS in me

meritis, quid? virtuti TUÆ debeo, quæ per iſtud tempus, quo TE Caput Academiæ coluimus, manifeſte ſatis emicuit.

Vid. Th. Bartholini Or. *de Rectoris Academici dignitate*, Hafniæ 1672. editam. Et Taubmanni *Herculem ſeu Rectorem Academicum.*

Ampliſſimum, fateor, eſt munus, quod geſſiſti, inque eo extollendo prolixi valde ſunt, qui ex inſtituto conſiderandum ſibi *Academiæ Rectorem* ſumſerunt, Viri eruditiſſimi, *Fridericus Taubmannus* atque *Thomas Bartholinus*, Wittebergenſium ille, hic Hafnienſium præluſtre decus. Eorum tamen effata ſuis ſuffragiis exceptione quavis majora reddunt Principes tot, &, quos in altiori faſtigio naſcendi ſors locavit, alii, quando idem ſibi quoque demandari & olim paſſi ſunt, & hodieque decori ſibi ducunt, RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI titulum reliquis, quibus a conditione ſubditorum diſtinguuntur, adjungere. Non lubet foris progredi, cum domi habeamus, quæ ſufficiunt, egregia profecto teſtimonia. Etenim in Lipſienſium Rectorum ſeriem & Principali Dignitate illuſtres referendos eſſe quis ignorat? ADOLPHUM, Principem Anhaltinum, Seculum a nato Chriſto decimumquintum; ſecutumque decimumſextum Holſatiæ Ducem, ULRICUM, requirentibus promte exhibebit. Utrumque vero ſuperat unum, quod haud ita pridem poſt nos reliquimus, decimumſeptimum, utpote quod Stetini & Pomeraniæ Ducem, PHILIPPUM JULIUM; & Ducem Megapolitanum, ADOLPHUM FRIDERICUM; & JOHANNEM PHILIPPUM, Ducem Saxoniæ, Lineæ Altenburgenſis; & JACOBUM, Ducem in Livonia, Curlandiæ atque Semgalliæ, & JANUSSIUM RADZIVILIUM, Ducem Birzarum ac Dubinckorum, ſingulos Academiæ Lipſienſis Rectores ſiſtit, prætereaque GEORGIUM ERNESTUM, Liberum Baronem a SCHOENBURG, & HENRICUM X. Comitem Ruthenum, Dominum a Plavia, Dominum in Graiz, Crannichfeld, Gera, Schlaiz & Lobenſtein, Illuſtriſſimis tot Nominibus aſſociat. Usque adeo gaviſi ſunt Heroës ſapientiſſimi præeſſe Academiæ *ſummis Privilegiis a ſummis Principibus dotata ac ditata, horumque ſummum axioma in criminalibus & civilibus negotiis*

Jo. Henr. Böcleri *Sceptrum Apollinis, ſ. de munere Rectoris Magnificentiſſimi.* Argent. 1666.

A. 1475.

A. 1595.

gotiis cum ipsa Purpura Regia gerenti, quod illius encomium a Celeberrimo Medico & Philologo in Pari Filiorum fine pari adhucdum quasi superstite, & Academiæ hujus plus vice simplici Rectore, ANDREA RIVINO, mutuari mihi liceat.

Patere vero, MAXIME REVERENDE SOCER, ut, quem exorsus modo fui, sermonem paulo longius protraham, &, quorum in munere hoc splendidissimo vestigia secutus es, Doctorum memoriam e monumentis ætatem nostram non æquantibus modo sed multum quoque transcendentibus repetam. Non enim fas est, dubitare, quin sæpe hactenus exprimendos illos, imo vincendos dexteritate TUA TIBI proposueris.

Ac ordinis quidem prærogativa quoscunque alios anteire in vulgus notum est JOHANNEM OTTONEM MÜNSTERBERGIUM, qui primus omnium Anno millesimo quadringentesimo nono, quorsum Academia ipsa suum refert initium, circa brumam Rector constitutus reliquorum velut coryphæus jure optimo vocari poterit. Asservat istius rei memoriam suspensa in Academico Templo Tabula, quæ additos iconi ipsius versiculos sequentes Lectoribus antiquitatum Historicarum amantibus aureis exaratos literis conspiciendos dat:

Lipsidos en! docta primus fuit ille palæstra
RECTOR, *quem facie hac parva tabella refert.*
Posteritas hinc grata locum assignare cathedra
Rectoris voluit pro pietate Viro.

Sed locum ab ipso proximum, si nominis respicias celebritatem, tertius in numero Rectorum, VINCENTIUS GRUNERUS, obtinet, quem *Lipsiensem* vocat per memoriæ lapsum Historiarum quondam & Linguæ utriusque apud nos Professor, *Johannes Fridericus*, patriam namque potius Cygneam nactus fuerat, merito proin laudatus a B. *Fellero*, cum ante aliquot annos *Cygnos* ille produceret *Quasimodogenitos*, qui & alibi eundem ab insigni maxime facundia commendat, qua Fridericum Primum, Saxoniæ Electorem, ut profugis Musis Pragensibus sedem & hospitium in hac urbe concederet, permoverit. Nolo quidem A. 1410.

Titulus hic est Tractatus, in quo *de claris aliquot Cygneis* egit.

In *Præf. ad Panegyr. Magist. Anni* 1680

 ire

A. 1520. ire per singulos, sed quo minus PETRUM allegem MOSELLANUM,
1523. temperare mihi vix queo. Natus ille erat in pago Protegensi ad Mosellam, sed a flumine hoc, ut notiori, ex illorum temporum consuetudine cognomen sibi sumserat, alias SCHADE vocatus. Excellentis Vir ingenii, doctrinæque haud vulgaris, secundus post *Richardum Crocum*, Britannum, Græcæ Linguæ apud Lipsienses Professor. Scripsit ad eum tanquam ad Academiæ Rectorem B. *Lutherus*, non Anno 1519, quod Illustri visum SECKENDORFIO, sed subsequenti demum 1520, cujus Rectorem æstivum egit. Tametsi enim Arnoldum antecessorem Mosellani proximum in epistola illa nominari Vir Summus observet, istoqve nomine ARNOLDUM WESTENFELDERUM, qui utique A. 1519. fasces gessit Academicos, indigitari autumet, non immediatus tamen ille ejus antecessor fuit, sed medius extitit inter utrumque M. ANDREAS PROBST, Delitianus.

Commen.t. de Lutheranismo, Lib. I. §. LXII. Addit. II. not. d.

A. 1539. 1541. 1543. CASPAREM insuper BORNERUM quodsi præterirem silentio, peccarem certe in Viri merita insignia, quibus Academiam sibi devinxit, quam semel ut Magister, iterum ut Licentiatus, ac denique ut Theologiæ Doctor & Professor rexit. Ejus etenim curæ hoc debetur, quod monasterium Paulinum, spatiosissimum istud atque commodissimum, Fratribus Prædicatoribus sive Dominicanis jam ab Anno millesimo ducentesimo quadragesimo donatum inter ædificia Academica hodieque numeretur. Patronum is in aula nactus fuerat propitium GEORGIUM CUMMERSTADIUM, Georgii primum & Henrici, Fratrum Saxoniæ Ducum, postque hos etiam Mauritii atque Augusti, Saxoniæ Electorum, Consiliarium. Hunc itaque adiit BORNERUS, Dresdam, raro exemplo, non equo non rheda vectus, (quod Dignitati sane Rectorali conveniens quisque existimaret,) sed pedum usus alacritate, suisque precibus, auxilio Cummerstadii suffultis, id effecit, ut non ædes tantum Paulinæ, sed quinque etiam pagi, quos vocant, novi, & sylva amœnissima pariter ac lignis plenissima, quin & sexcenti farris modii ad mensam publicam constituendam indultu benignissimi Principis Academiæ in donum

Vide *Redi-viвamD. Casp. Borneri memoriam*, seu Orationem Panegyricam in honorem ejus in Renunciatione XXXIIX. Magistrorum Philosophiæ A. 1685. dictam a *L. Joachimo Fellero*, & præmissam *Catalogo Codicum MStorum Bibliothecæ Paulinæ* Lipsiæ A. 1686 edito.

num cesserint. Quid de libris dicam magno numero non ex Monasteriis solum Lipsiensibus, sed pluribus quoque aliis in Bibliothecam Paulinam collectis? quid de summa cura atque diligentia, quam in ædificium ejus publicum contulit? quid de meritis illius aliis, quæ immortalem ipsum reddunt, quæque supra lapideam illius statuam, quæ in Paulino visitur, sequens Patrum Academicorum elogium ipsi pepererunt: CASPARI BORNERO, *Theol. vera pietate, fide, doctrina, virtute, sapientia, præstant. Univers. Acad. Lipsica de S. Opt. M. ex. de. Ær. publ.* H. M. P. C. *Joachimus* autem *Fellerus* non memoriam modo ejus publica Oratione ab interitu vindicavit, sed ipsius quoque imagini in Bibliotheca Paulina asservatæ isthoc adscribendum curavit tetrastichon:

Quod libris, pagisque, & Pauli bis ædibus amplis,
Quod sylva, atque aliis fructibus aucta fui,
Hoc, BORNERE, *tuis æternum debeo curis,*
At tibi quæ referent Secla, BEATE, *parem?*

Σύγχρονος BORNERI, quin & illius in Rectoratu Academico A. 1544. Successor, JOACHIMUS CAMERARIUS, semper A. 1544.
nostris adhuc obversatur oculis, quoties Auditorii Philosopho- 1546. 1558.
rum lustrare lubet parietes, e quibus picta ejus imago propendet. Hunc inter suos Rectores quod numeret, ac ternis vicibus axiomate hoc exornatum recordetur Alma nostra Philyrea, haud præter rem sibi gratulatur. Tanta namque Viri apud Eruditos quosque est existimatio, ut in laudibus ejus decantandis passim certent. Germaniæ eum ocellum *Palmerius* vocat, clarissimum Germaniæ lumen *Modius*, nominis Germanici decus singulare *Casaubonus*, ocellum Eruditorum *Salmuthius*, Virum vere magnum, imo tota Europa majorem *Wilckius*, unicum Plauti Æsculapium *Josephus Scaliger*, summæ eruditionis Virum & Germaniæ Φωστῆρα *Hadrianus Junius*, Germaniæ suæ Phœnicem *Gerhardus Johannes Vossius*, ut, quæ alii in eum congesserunt, elogia nunc taceam. Anno 1555. regimen in hac Academia publicum prima

Congessit eadem cum hactenus recensitis B. Jac. Thomasius in peculiari *Præfatione*, quæ inter editas est LXXV. p. 491.

A.1555.1561. ma vice administravit ALEXANDER ALESIUS, Theologiæ Doctor & Professor Publicus, Scotus, vel ob solum hoc nomen memorandus, quod cum *Alexandro ab Hales* sive *Alesio*, Anglo, Doctore ex Ordine Minoritarum Scholastico, *Irrefragabili* dicto, & Professore Theologiæ Parisiensi, A. 1245. defuncto, commune habuit. Juvat huc referre testimonium, quod de seipso Matriculæ secundæ inscripsit: ***Anno MDLV. die XXIII, Aprilis, qui Divo Georgio sacer est, & quo existimo me natum esse, supputatis retro LV. annis, ego* ALEXANDER ALESIUS, *gente Scotus, Patria Edinburgensis, atavis Consulibus, qui duobus Regibus, Jacobo Quinto & Henrico Octavo, & quatuor Electoribus, Johanni Friderico, Mauritio & Augusto, Ducibus Saxoniæ, & Joachimo, Electori Brandenburgensi, inservivi, invitus suscepi officium Rectoris Universitatis Scholæ in inclyta urbe Lipsia.*** Laudes vero ejus in singulari Oratione celebravit *B. Jacobus Thomasius.* VICTORINUM STRIGELIUM, Kaufbyrensem, cum Erphordiæ tum & Jenæ Theologiæ & humanioris literaturæ Professorem appellat *Guilielmus Budæus*, Lipsiensem vero nescit. Sed & Professorem eum Publicum & Academiæ Rectorem sub A. 1564. Matricula, quam nuper allegavi, secunda monstrat. Dolendum vero maximopere, quod nomini suo haud levem inussit maculam. Belli quippe Synergistici facem ipsum tubamque extitisse, nemo est, qui ignoret. Sed & biennio post, ex quo Rectoratu defunctus fuerat, Theologis Lipsiensibus ob doctrinam de cœna Domini exosus redditus, Ambergam discessit, & dehinc Heidelbergam vocatus Ethices ibi ac mox Theologiæ Professor constitutus est, tandemque Anno 1569. ad plures abiit.

Habuit eam A.1661. d. 20. Aprilis, in renunciatione XV. Baccalaureorum Philosophiæ, repetitique in Volumine editarum sub *Num. XIV.*

Θανατολ. fol. 115. b.

Vid. Quenstedium *de Patriis Viror. Illustr. p. 158.* & Freherum *Theatr. Part. I. p. 217.*

Possem in apricum producere alios e Rectorum Lipsiensium Catalogo, quos, utut ab hoc ævo satis remotos, erudita tamen optime adhuc novit posteritas. Sed ne diu nimis in Seculis, quæ nostra Academia exegit, prioribus hærere videar, ad ultimum, quod nuper effluxit, progredior. Ejus autem Rectores singulos & universos eo, quo se invicem exceperunt, ordine designatos hoc in loco exhibere haud inconsultum forte

te fuerit. Novi equidem, jam ante me in iis recensendis occupatum fuisse *Zachariam Schneiderum*, seriemque eorundem concinnasse satis accuratam, nisi quod ad A. 1629. delatus Illustrissimo Principi, RADZIVILIO, ejusque Pro-Rectori, POLYCARPO LYSERO, Successorem dederit *Sigismundum Finckelthusium*, quem ENOCHUM potius HEILANDUM nominare debuisset. Ast cum vix Seculi dimidium in narratione sua supergressus ille fuerit, prætereaque nil nisi nuda memorarit Rectorum Nomina, dissimulatis, quæ quisque ornaverit, officiis, idcirco defectum hunc, quoad licet, supplere, ac penes singulos Studiosorum quoque, Albo Academico tum insertorum, numerum adjicere TUA, SOCER OPTIME, cum venia studebo.

In Chronico Lipsiensi p. 322. seq.

Annus.	*Nomina Rectorum.*	*Inscripti in Matriculam.*
1601.	FRANCISCUS ROMANUS, *Cothena Anhaltinus*, Juris utriusque Doctor, Antecessor, Consiliarius Saxonicus & Facultatis Assessor.	586.
	JOHANNES MAYER, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor & Facultatis Juridicæ Assessor.	66.
1602.	Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus PHILIPPUS JULIUS, Dux Stetini & Pomeraniæ. PRO-RECTOR ANDREAS HOMELIUS, *Memmingensis*, Juris Utriusque Doctor & Professor Publicus.	562.
	BURCHARDUS HARBARTUS, *Conicensis*, SS. Theologiæ Doctor & Professor Publicus.	57.
1603.	M. JOHANNES CURTIUS, *Bischofsroda Saxo*, Professor Publicus.	543.
	ZACHARIAS SCHILTER, *Lipsiensis*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus & Senior.	59.
1604.	M. JOHANNES FRIDRICH, *Wolfshusa Francus*, Physices Professor Publicus.	505.
	Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus ADOLPHUS FRIDERICUS, Dux Megapolitanus.	256.

PRO-RECTOR

MICHAEL WIRTH, *Lemberga Silesius*, Juris utriusque Doctor atque Antecessor.

1605. M. GABRIEL TüNZELIUS, *Hala Saxo.* 337.

VVOLFGANG MAYER, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor & Antecessor Facultatis Juridicæ. 71.

1606. WILHELMUS SCHMUCK, *Sula Francus.* 525.

ANDREAS EMMENIUS, *Budisino Lusatus*, Medicinæ Doctor. 93.

1607. FRANCISCUS ROMANUS, *Cothena Anhaltinus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 330.

CHRISTOPHORUS BRUNO, *Döbela Misnicus*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 325.

1608. WOLFGANG CORVINUS, *Westenfelda Bavarus*, Medicinæ Licentiatus & Physices Prof. Publicus. 241.

GEORGIUS FEIGE, *Lauba Lusatus*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 56.

1609. OTTO SCHWALENBERGER, *Stetinensis.* 610.

CHRISTOPHORUS MEURER, *Lipsiensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 71.

1610. M. JOHANNES LEONHARDUS AGRICOLA, *Donavverdensis Francus.* 473.

M. JOHANNES NELDELIUS, *Gloga Silesius*, Organi Professor Publicus. 383.

1611. M. CONRADUS BAVARUS, *Hala Saxo*, Poëseos Professor Publicus. 121.

BARTHOLOMÆUS GOELLNIZIUS, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor. 72.

1612. WILHELMUS SCHMUCK, *Sula Francus*, Juris utriusque Doctor, 578.

Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus JOHANNES PHILIPPUS, Dux Saxoniæ, Lineæ Altenburgensis. 143.

PRO-RECTOR

MICHAEL WIRTH, *Lemberga Silesius*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus,

1613. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus 519.
JOHANNES PHILIPPUS, Dux Sax. Lin. Altenb.

PRO-RECTOR

LEOPOLDUS HAKELMANN, *Stadensis*, Juris utriusque Doctor & Ordinarius.

IDEM. 128.

PRO-RECTOR

CHRISTOPHORUS BRUNO, *Döbela Misnicus*, Medicinæ Doctor & Prof. Publicus.

1614. IDEM 698.

PRO-RECTOR

WOLFGANG CORVINUS, *Westenfelda Francus*, Medicinæ Licentiatus & Physices Profess. Publ.

SIGISMUNDUS SCHILLING, *Franckensteinensis*, 82.
Medicinæ Doctor & Professor Publicus.

1615. JOHANNES CURTIUS, *Bischofsrodanus*, Juris 614.
utriusque Doctor.

SIGISMUNDUS FINCKELTHUSIUS, *Lipsiensis*, 287.
Juris utriusque Doctor.

1616. M. JOHANNES FRIDRICH, *Wolfshusanus*, Utri- 275.
usque Linguæ & Historiarum Profess. Publicus.

MICHAEL WIRTH, *Lemberga Silesius*, Juris utri- 107.
usque Doctor & Professor Publicus.

1617. POLYCARPUS LYSERUS, *Witteberga Saxo*, SS. 686.
Theologiæ Doctor & Professor Publicus.

SAMUEL MOSBACH, *Rudolphopolitanus Schwartz-* 107.
burgensis, Juris utriusque Doctor.

1618. JOHANNES LEONHARDUS AGRICOLA, 707.
Donawerdensis, Juris utriusque Doctor.

GEORGIUS ERNESTUS, Liber Baro a SCHOEN- 436.
BURG.

PRO-RECTOR

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS, *Sprotta Silesius*, Juris utriusq; Doctor & Ethicæ Profess. Publicus.

IDEM. 299.

PRO-RECTOR

JOHANNES SIGLICIUS, *Hala Saxo,* Medicinæ Doctor.

CHRISTOPHORUS WILHELMUS WALPURGERUS, SS. Theol. Doctor & Professor Publicus. 71.

1620. VINCENTIUS SCHMUCK, *Smalcaldensis*, SS. Theol. Doctor, Professor Publicus & Superint. 677.

SIGISMUNDUS SCHILLING, *Franckensteinensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 341.

1621. FRANCISCUS ROMANUS, *Cothena Anhaltinus*, Juris utriusque Doctor, Prof. Publicus & Ordinarius. 404.

HENRICUS HOEPFNER, *Lipsiensis*, SS. Theol. Doctor & Professor Publicus. 61.

1622. THOMAS HECKELIUS, *DonaVVerdensis Francus*, Juris utriusque Doctor. 461.

NICOLAUS LISCA, *Olmüzensis Moravus*, Dialectices Professor Publicus. 80.

1623. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus JACOBUS, in Livonia, Curlandiæ & Semgalliæ Dux. 537.

PRO-RECTOR

PHILIPPUS MULLER, *Herzbergensis Saxo,* Medicinæ Licentiatus & Mathematum Professor Publicus.

IDEM.

PRO-RECTOR

SIGISMUNDUS FINCKELTHUSIUS, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor. 405.

1624. WILHELMUS SCHMUCK, *Sula Francus*, Juris utriusque Doctor. 347.

DANIEL PUTSCHER, *Presnicensis Bohemus*, Juris utriusque Doctor. 81.

POLY-

1625. POLYCARPUS LYSERUS, *Wittebergensis Saxo*, SS. Theologiæ Doctor & Professor Publicus. 579.

JOHANNES GüNTHER, *Lipsiensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 40.

1626. JOHANNES RUPERTUS SULZBERGERUS, *Gracio-Styrus*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 312.

JOHANNES HEINZ, *e Valle Joachimica Bohemus*, Medicinæ Doctor. 417.

1627. JOHANNES BOHEMUS, *Francofurtensis ad Viadrum*, Juris utriusque Doctor. 311.

FRANCISCUS KEST, *Lipsiensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 711

1628. WILHELMUS SCHMUCK, *Sula Francus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 725.

JOHANNES ZEIDLER, *Leoberga Silesius*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 100.

1629. Illustrissimus Princeps, JANUSSIUS RADZIVIL, Dux Birzarum & Dubinckorum. 645.

PRO-RECTOR

POLYCARPUS LYSERUS, *Wittebergensis Saxo*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus & Superintendens.

ENOCH HEILAND, *Weissenfelsa Misnicus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 457.

1630. M. ANDREAS CORVINUS, *Westenfelda-Francus*, Oratoriæ Professor Publicus. 237.

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS, *Sprotta Silesius*, Juris utriusque Doctor & Physices Professor Publicus. 129.

1631. JOHANNES BOHEMUS, *Francofurtanus*, Juris utriusque Doctor. 423.

JOHANNES HOEPNER, *Dœbela Misnicus*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus & Pastor Nicolaitanus. 302.

1632. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERFFER, *Norimbergensis*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 180.

DANIEL PUTSCHER, *Presnicensis Bohemus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 24.

1633. PHILIPPUS MüLLER, *Herzberga Saxo*, Medicinæ Licentiatus & Mathematum Professor Publicus. 313.

CHRISTIANUS LANGE, *Numburgensis Misnicus*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus & Pastor ad D. Thomæ. 24.

1634. M. ANDREAS CORVINUS, *Westenfelda Francus*, Oratoriæ Professor Publicus. 419

JOHANNES HEINZ, e *Valle Joachimica Bohemus*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 216.

1635. M. CUNRADUS BAVARUS, *Hala Saxo*, Utriusque Linguæ & Historiarum Prof. Publicus. 252.

SAMUEL MOSBACH, *Rudolphopolitanus Thuringus*, Juris utriusque Doctor. 45.

1636. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERFFER, *Norimbergensis*, Juris utriusq; D. & P. Publ. 328.

JOHANNES ZEIDLER, *Leoberga Silesius*, Medicinæ Doctor & Prof. Publicus. 11.

1637. JOHANNES MICHAELIS, *Susato-Westphalus*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 37.

ENOCH HEILAND, *Weissenfelsensis Misnicus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publ. 309.

1638. ANDREAS CORVINUS, *Westenfelda Francus*, Juris utriusque Licentiatus & Oratoriæ Prof. Publicus. 150.

JOHANNES HEINZ, e *Valle Joachimica Bohemus*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 27.

1639. ANDREAS RIVINUS, *Hala Saxo*, Medicinæ Licentiatus & Poëseos Professor Publicus. 68.

CASPA-

CASPARUS MICHAEL WELSCH, *Lipsiensis*, 21.
Juris utriusque Doctor.

1640. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERF- 198.
FER, *Norimbergensis*, Juris utriusque Doctor &
Professor Publicus.

JOHANNES ZEIDLER, *Leoberga Silesius*, Medicinæ 64.
Doctor & Professor Publicus.

1641. JOHANNES MICHAELIS, *Susato-Westphalus*, 249.
Medicinæ Doctor & Prof. Publicus.

Per-Illustris & Generosus Dominus HENRICUS 41.
X. Junior Ruthenus, Dominus a Plavia, Dominus in Graiz, Crannichfeld, Gera, Schlaiz
& Lobenstein.

PRO-RECTOR

DAVID LINDNERUS, *Chemnicensis Misnicus*, Juris
utriusque Doctor & Professor Publicus.

1642. IDEM PER-ILLUSTRIS COMES. 254.

PRO-RECTOR

JOHANNES ITTIGIUS, *Schleusinga Francus*, Medicinæ Licentiatus & Organi Prof. Publ.

IDEM. 28.

PRO-RECTOR

JOHANNES PHILIPPI, *Lignicio-Silesius*, Juris utriusque Doctor.

1643. JOHANNES MICHAELIS, *Susato-Westphalus*, 150.
Medicinæ Doctor & Professor Publicus.

FRANCISCUS ROMANUS, *Lipsiensis*, Juris utri- 22.
usque Doctor.

1644. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERF- 15.
FER, *Norimbergensis*, Juris utriusq; Doctor & P. P.

JOHANNES HOPPIUS, *Leorinus Silesius*, Med. D. 75.

1645. ANDREAS RIVINUS, *Hala Saxo*, Medicinæ Do- 442.
ctor & Poëseos Professor Publicus.

QVIRINUS SCHACHER, *Lipsiensis*, Juris utrius- 255.
que Doctor & Professor Publicus.

1646.

1646. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERFFER, *Norimbergensis*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 157.

JOHANNES HOPPIUS, *Leorinus Silesius*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 128.

1647. JOHANNES HÜLSEMANNUS, *Esena Frisius*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus & ad D. Nicolai Pastor. 465.

SAMUEL MOSBACH, *Rudolphopolitanus Thuringus*, Juris utriusque Doctor. 135.

1648. JOHANNES ITTIGIUS, *Schleusinga Francus*, Medicinæ Doctor & Organi Prof. Publicus. 485.

JOHANNES HOPPIUS, *Leorinus Silesius*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 79.

1649. GODOFREDUS SCHLUTERUS, *Göttingensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Dialectices Prof. Publicus. 566.

JOHANNES BORN, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor. 94.

1650. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERFFER, *Norimbergensis*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 644.

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS, *Sprotta Silesius*, Philosophiæ & Juris utriusque Doctor, Physicæ Professor Publicus, Collegii B. M. Virginis, Collegiatus Facultatis Juridicæ & Nationis Polonicæ Senior, Comes Palatinus Cæsareus, & S. Romani Imperii Exemptus. 369.

Sed paulo mihi subsistendum heic venire arbitror, quando sub ipso hoc Rectore id evenit, quod inde a prima Academiæ fundatione nemo adhucdum inaudiverat. Floruerat ista per annos ducentos quadraginta & unum, & tam diuturno temporis decursu omnes ejus Rectores Purpuram suam ipsi hactenus exuerant, Sceptraque diebus Georgii & Galli, quibus semestre

ſemeſtre regimen in alios humeros transfertur, poſuerant. Quæ nullius morte interrupta ſucceſsio *Rectorem Lipſienſem* quodam quaſi proverbio domi foriſque trito *immortalem* fecerat. Aſt anni præſentis 1651. Calendæ Martiæ præſcriptionem glorioſæ vocis luctuoſo interrumpebant exemplo, noſtramque Academiam experiri in Preibiſio iſtud faciebant, quod in Caſpare atque Thoma, Bartholinis Academia *Hafnienſis*, in Daniele Beckero & Georgio Lotho *Regiomontana*, in Johanne Chresnecophoro *Upſalienſis*, in Balthaſare Scheidio *Argentoratenſis*, in Balthaſare Meisnero *Wittebergenſis*, in Johanne Georgio Sigvvarto, Stephano Heinrio & Eilhardo Lubino *Roſtochienſis*, in Alberto Vogtio *Gryphiswaldenſis*, in Cæſone Grammio *Kilonienſis*, in Johanne Wollebio *Baſileenſis*, in Arnoldo Vechelio *Franequerana*, in Henrico Zœſio *Lovanienſis*, aliæque expertæ ſunt in aliis, quos durante Rectoratus functione e vivis emigrare conſpexerunt. Pari namque ratione & inter Lipſienſes Rectores mortalem ſe eſſe primus demonſtrabat Preibiſius, cujus effigies columnæ Templi Academici a tergo Münſterbergii affixa purpuraque & reliquo ſplendore Rectorali inſtructa Rectorum oculis, quando ad conſuetum in ſolennitatibus pleriſque publicis locum occupandum pergunt, palam ſe ingerit, ac præter ejus nomen ſequentem etiam Inſcriptionem complectitur: *Hac. erat. facie. Vir. Candidus. ac. apertus. hoc. utebatur. habitu. privatus. tanquam. Exemplum. Ævi. Prioris. ſimplici. publica. Perſona. purpureo. quem. non. niſi. cum. vita. publicæ. Rei. immortuus. ultimum. Depoſuit. PRIMUS. RECTORUM. ab. Academia. condita. per CCXLI. Annos. qui. tantum. faſtigium. Fatis. inferius. eſſe. ſuo. Exemplo. Docuit. Calendis. Martii. An. M. DC. LI. mortuus. in. Domino. juxta. Symbolum. IN. MANIBUS. DOMINI. SORTES. MEÆ. L. M. Q. P. C. Relicti. Lipſiæ. Agnati. CHRISTOPH. & JOHANN. PREIBISII. Affines.* J. A. *SCHERZER.& V. ALBERTI. Profeſſores. Publ.* Pro-Rectoris intereà vices in defuncti locum adminiſtravit

Verba hæc ſunt ipſius Academiæ, quibus in quodam Programmate mox allegando utitur.

Conf. Henning. VVittenum *Præf. in Diar. biogr. Tom. I.*

C JOHAN-

JOHANNES HOPPIUS, *Leorinus Silesius*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus.

1651. JOHANNES MICHAELIS, *Susato-Westphalus*, Medicinæ Doctor & Prof. Publicus. 364.

DANIEL HEINRICI, *Chemnicensis Misnicus*, SS. Theologiæ Doctor & Prof. Publ. 154.

1652. JOHANNES ITTIGIUS, *Schleusinga Francus*, Medicinæ Doctor & Physices Prof. Publicus. 741.

JOHANNES PHILIPPI, *Lignitio Silesius*, Juris utriusque Doctor & Comes Palatinus Cæsareus. 80.

1653. JOHANNES HÜLSEMANNUS, *Esena Frisius*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus, & ad D. Nicolai Pastor. 728.

HIERONYMUS KROMAYER, *Cizensis Misnicus*, SS. Theol. Doctor & Eloquentiæ Professor Publicus. 337.

1654. LEONHARDUS URSINUS, *Norimbergensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 235.

M. JOHANNES PREIBISIUS, *Sprotta Silesius*. 84.

1655. JOHANNES MICHAELIS, *Susato-Westphalus*, Medicinæ Doctor, Therapeuticæ Professor Publicus & Decanus. 716.

CHRISTIANUS LANGE, *Lucca Misnicus*, Medicinæ Doctor & Pathologiæ Professor Publicus. 60.

1656. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERFFER, *Norimbergensis*, Juris utriusque Doctor, Decretalium Professor Publicus & Facultatis Juridicæ Ordinarius. 526.

M. DAVID SCHVVERTNERUS, *Craza Bohemus*, Moralium Professor Publicus. 414.

1657. GODOFREDUS SCHLUTERUS, *Göttingensis*, SS. Theologiæ Licentiatus, & Organi Professor Publicus. 280.

PAULUS VVAGNERUS, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor. 107.

1658. LEONHARDUS URSINUS, *Norimbergensis*, Medicinæ Doctor & Prof. Publicus. 606.

M. JOHANNES PREIBISIUS, *Sprotta Silesius*, B. Mariæ Virginis Collegiatus & Curiæ Lipsiensis Senator. 95.

1659. JOHANNES MICHAELIS, *Susato Westphalus*, Medicinæ Doctor, Therapeutices Professor Publicus, & Facultatis suæ Decanus. 722.

MARTINUS GEIER, *Lipsiensis*, SS. Theol. Doctor, Professor Publ. & ad D. Thomæ Pastor. 142.

1660. JOHANNES ITTIGIUS, *Schleusinga Francus*, Medicinæ Doctor & Physices Prof. Publicus. 498.

M. JOHANNES ADAMUS SCHERZERUS, *Egra Bohemus*, Sanctæ Lingvæ Professor Publicus. 217.

1661. HENRICUS ANDREAS MENGERING, *Magdeburgensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publ. 560.

M. CHRISTIANUS FRIDERICUS FRANCKENSTEIN, *Lipsiensis*, Utriusque Linguæ & Historiarum Professor Publicus. 276.

1662. JOHANNES ITTIGIUS, *Schleusinga Francus*, Medicinæ Doctor & Physices Professor Publicus. 281.

DAVID SCHWERTNERUS, *Craza Bohemus*, SS. Theologiæ Licentiatus & Moralium Professor Publicus. 144.

1663. JOHANNES MICHAELIS, *Susato Westphalus*, Medicinæ Doctor, Therapeutices Professor Publicus & Decanus. 544.

SAMUEL LANGE, *Meuselwizensis Misnicus*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus, & ad D. Nicolai Pastor. 116.

1664. AMADEUS ECKOLT, *Welsio-Austriacus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 427.

JOHANNES ADAMUS SCHERZERUS, *Egra Bohemus*, SS. Theologiæ Licentiatus & Hebrææ Linguæ Professor Publicus. 110.

1665. JOHANNES ERNESTUS NORICUS, *Nordhusanus*, Juris utriusque Doctor, & Consiliarius Martisburgensis designatus. 469.

GODOFREDUS WELSCH, *Lipsiensis*, Medicinæ Doctor, Pathologiæ Professor Publicus & Physicus. 84.

1666. JOHANNES ITTIGIUS, *Schleusinga Francus*, Medicinæ Doctor & Physices Professor Publicus. 450.

VALENTINUS ALBERTI, *Lehna Silesius*, SS. Theologiæ Licentiatus, Logices & Metaphysices Professor Publicus. 125.

1667. ELIAS SIGISMUNDUS REINHARDUS, *Hala-Saxo*, SS. Theologiæ Doctor & ad D. Nicolai Pastor. 475.

FRIDERICUS RAPPOLTUS, *Reichenbachio Variscus*, SS. Theol. Licentiatus & Poëseos Professor Publicus. 305.

1668. NICOLAUS CREUSELIUS, *Prixenstadiensis Francus*, Juris utriusque Doctor, 267.

PAULUS

PAULUS AMMAN, *Vratislavia Silesius*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 78.

1669. JOHANNES OLEARIUS, *Hala Saxo*, SS. Theologiæ Licentiatus & Græcæ Linguæ Professor Publicus. 436.

JACOBUS THOMASIUS, *Lipsiensis*, Eloquentiæ Professor Publicus. 135.

1670. JOHANNES ITTIGIUS, *Schleusinga Francus*, Medicinæ Doctor & Physices Professor Publicus. 377.

JOHANNES ADAMUS SCHERZERUS, *Egra Bohemus*, SS. Theologiæ Doctor & Professor Publicus. 103.

1671. JOHANNES OLEARIUS, *Hala Saxo*, SS. Theologiæ Licentiatus, & Græcæ Linguæ Professor Publicus. 492.

PAULUS FRANCISCUS ROMANUS, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor & Pandectarum Professor Publicus. 155.

1672. GEORGIUS TOBIAS SCHWENDENDOERFFER, *Norimbergensis*, Juris utriusque Doctor & Ordinarius. 355.

VALENTINUS ALBERTI, *Lebna Silesius*, SS. Theologiæ Licentiatus, Logices & Metaphysices Professor Publicus. 283.

1673. ANTONIUS GüNTHERUS HESHUSIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus, & Organi Professor Publicus. 274.

AUGUSTUS BENEDICTUS CARPZOVIUS, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor & Institutionum Professor Publicus. 138.

1674. NICOLAUS CREUSELIUS, *Prixenstadiensis Francus*, Juris utriusque Doctor & Acad. Syndicus. 571.

FRIDERICUS GEISLERUS, *Reusfendorfio Silesius*, 185.
Juris utriusque Doctor & Professor Publicus.

1675. OTTO MENCKENIUS, *Oldenburgensis*, SS. 571.
Theol. Licentiatus & Moralium Professor Publicus.

FRIDERICUS RAPPOLTUS, *Reichenbachio Variscus*, SS. Theologiæ Doctor & Professor Publicus. 345.

1676. M. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Prof. Publicus. 356.

VALENTINUS ALBERTI, *Lehna Silesius*, SS. Theologiæ Licentiatus, Logices & Metaphysices Professor Publicus. 161.

1677. JOHANNES OLEARIUS, *Hala Saxo*, SS. Theologiæ Licentiatus & Græcæ Lingvæ Professor Publicus. 630.

MICHAEL HENRICUS HORN, *Heringa Thuringus*, Medicinæ Doctor & Pathologiæ Professor Publicus. 256.

1678. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 434.

GODOFREDUS SCHILTERUS, *Landsbuta Silesius*, Juris utriusque Doctor & Professor Publ. 102.

Atque heic ulterius perrecturo remora mihi denuo injicitur. Etenim in SCHILTERO fatum idem, quod in PREIBISIO, subire necessum habuit Lipsiensis Academia, dum Capite hoc suo d. IX. Aprilis A. 1679. hora noctis dimidia secunda orbata funus ejus aliquot dierum spatio interjecto his verbis intimavit: *Academia Lipsiensis Rectorem suum Dominum Godofredum Schilterum, Juris utriusque Doctorem & Professorem Publicum, Collegii B. Virginis Collegiatum, Funere publico d. 22 hodierno Aprilis Hora prima efferendum Proceribus & civibus suis indicit.* Eram tunc vix undecim annorum puer, sed pompæ tamen

Titulus hic est Programmatis, quod ante in Preibisio citavi.

men funebris mens mea satis adhuc recordatur. *Murmur campanarum & tinnitum, cantiones parentantes mortuis, lessum & nanias videor mihi adhuc audire ac funus illustre coram intueri Serenissimi Saxoniæ Electoris, JOHANNIS GEORGII II, & JOHANNIS GEORGII III. Electoralis Dignitatis Hæredis, & AUGUSTI, CHRISTIANI, MAURITII, Reverendissimorum ac Serenissimorum Saxoniæ Ducum, Legati, trium item Capitulorum, Misenensis, Martisburgensis & Cizensis, Inclutarumque Academiarum, Wittebergensis & Jenensis, Ablegati incedebant pullatis vestibus. Flos ingenuæ Juventutis, Adolescentes Juvenesque Nobilissimi magno numero triste quid in fronte & vestitu præ se ferentes Clerum hujus urbis, veneranda Capita, insolito exemplo antecedebant. Funus post deducebatur. Quadriga, feretrum trahens & pannis involuta feralibus, syrmate radebat terram. Currus funebris pullatus totus insignia gerebat elegantissime quidem depicta, sed quæ luctum Academiæ & quatuor in ea Nationum atque Facultatum tristissime exprimebant. Sceptra Rectori alias in festivitatibus præferri solemnissimis solita in manibus famulorum in ferales bacillos abierant, nigraque conspiciebantur. Exequiatores, quos Academia, Curia, oppidum totum, pagi denique Universitatis non exiguo numero ex utroque sexu præsentes stiterant, acerbitatem luctus sui magnitudinemque incessu tristi habituque luculente testabantur.* Quæ singula ab annis hinc viginti atque amplius repeto, verbis, quæ maxima ex parte Beato D. D. *Valentino Alberti* me debere lubens fateor, qui ad hunc fere modum A. 1680. eo ipso die, in quem superiori anno pompa isthæc funebris inciderat, Orationis suæ, *Rectoris* hujus *Academiæ Lipsiensis uni*, quem vocat, *secundi, minus hoc nomine secundi*, memoriam jussu & autoritate Academiæ in splendidissima Panegyri celebrantis Exordium fecit. At enim vero, ne, qui gaudendi hodie abundantem reperio materiam, ad luctum præter spem transire velle videar, cœptam semel telam pertexere potius instituam, sicubi ante monuero, quod paucorum, qui in semestri hyberno post SCHIL-

TERI

TERI mortem supererant, dierum regimen Magnificus Ejus Antecessor in se receperit, quod mox commisit Successori, qui erat

1679. OTTO MENCKENIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus, & Moralium Professor Publicus. 568.

JOHANNES BENEDICTUS CARPZOVIUS, *Lipsiensis*, SS. Theologiæ Doctor, Hebrææ Lingvæ Professor Publicus & ad D. Thomæ Pastor. 130.

1680. JOACHIMUS FELLERUS, *Cygnea Misnicus*, (sed ex singulari Gratia Serenissimi Electoris Nationi adscriptus Bavaricæ;) Poëseos Professor Publicus. 357.

VALENTINUS ALBERTI, *Lehna Silesius*, SS. Theol. Doctor, Professor Publicus Extraordinarius, Logices & Metaphysices Ordinarius. 53.

1681. GEORGIUS HEINZ, *Hamburgensis*, Juris Utriusque Doctor & Professor Publicus. 361.

ADAMUS RECHENBERG, *Augustoburgensis Misnicus*, SS. Theologiæ Licentiatus, utriusque Linguæ & Historiarum Professor Publicus. 170.

1682. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 433.

JOHANNES CYPRIANUS, *Ravicensis Polonus*, SS. Theologiæ Licentiatus & Physices Professor Publicus. 101.

1683. JOHANNES OLEARIUS, *Hala Saxo*, SS. Theologiæ Doctor, & Professor Publicus. 528.

ANDRE-

ANDREAS MYLIUS, *Ileburgo Misnicus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 334.

1684. JOACHIMUS FELLERUS, *Cygneus*, Poëseos Professor Publicus. 358.

PAULUS AMMAN, *Uratislavia Silesius*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 108.

1685. ANTONIUS GüNTHERUS HESHUSIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Organi Professor Publicus. 478.

GODOFREDUS NICOLAUS ITTIGIUS, *Lipsiensis*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 212.

1686. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 503.

VALENTINUS ALBERTI, *Lebna Silesius*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus Extraordinarius, Logices & Metaphysices Ordinarius. 386.

1687. OTTO MENCKENIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Moralium Professor Publicus. 342.

MARTINUS FRIDERICUS FRIESE, *Lipsiensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 127.

1688. JOACHIMUS FELLERUS, *Cygneus*, SS. Theologiæ Licentiatus & Poëseos Professor Publicus. 633.

JOHANNES SCHMIDIUS, *Uratislavia Silesius*, SS. Theologiæ Licentiatus & Eloquentiæ Professor Publicus. 349.

1689. JOHANNES OLEARIUS, *Hala Saxo*, SS. Theologiæ Doctor & Professor Publicus. 468.

ADAMUS RECHENBERG, *Augustoburgensis Misnicus*, SS. Theologiæ Licentiatus, utriusque Linguæ & Historiarum Professor Publicus. 123.

1690. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 564.

JOHANNES CYPRIANUS, *Ravicensis Polonus*, SS. Theologiæ Licentiatus & Physices Professor Publicus. 147.

1691. ANTONIUS GüNTHERUS HESHUSIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Organi Professor Publicus. 492.

JOHANNES BENEDICTUS CARPZOVIUS, *Lipsiensis*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus & ad D. Thomæ Pastor. 294.

1692. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 312.

VALENTINUS ALBERTI, *Lebna Silesius*, SS. Theologiæ Doctor & Prof. Publicus. 190.

1693. OTTO MENCKENIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Professor Publicus. 492.

JOHANNES BOHN, *Lipsiensis*, Medicinæ Doctor & Therapeuticæ Professor Publicus. 139.

1694. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 508.

JOHANNES SCHMIDIUS, *Uratislavia Silesius*, SS. Theologiæ Licentiatus & Eloquentiæ Professor Publicus. 392.

1695. JOHANNES OLEARIUS, *Hala Saxo*, SS. Theologiæ Doctor & Professor Publicus. 308.

ANDREAS MYLIUS, *Ileburgo Misnicus*, Juris utriusque Doctor & Professor Publicus. 144.

1696. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 512.

JOHANNES CYPRIANUS, *Ravicensis Polonus*, SS. Theologiæ Licentiatus & Physices Professor Publicus. 134.

1697. ANTONIUS GüNTHERUS HESHUSIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Organi Professor Publicus. 457.

JOHANNES BENEDICTUS CARPZOVIUS, *Lipsiensis*, SS. Theologiæ Doctor, Professor Publicus & ad D. Thomæ Pastor. 89.

1698. CHRISTOPHORUS PFAUZ, *Ulma Suevus*, Mathematum Professor Publicus. 348.

JOHANNES SCHMIDIUS, *Uratislavia Silesius*, SS. Theologiæ Licentiatus & Eloquentiæ Professor Publicus. 123.

1699. OTTO MENCKENIUS, *Oldenburgensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Moralium Professor Publicus. 403.

AUGUSTUS QVIRINUS RIVINUS, *Lipsiensis*, Medicinæ Doctor & Professor Publicus. 124.

1700. VALENTINUS FRIDERICI, *Smalcaldensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & Sanctæ Linguæ Professor Publicus. 284.

Habes ita, SOCER COLENDISSIME, recensum eorum omnium, quos per integri Seculi decursum eadem, qua hactenus splendere TIBI datum fuit, dignitate illustres antecessores nactus es. Vidisti plures eorum aliquot regimini vicibus admotos, & *ternis* quidem (præter Generosum atque Per-illustrem Dominum HENRICUM X. Ruthenum,) FRANCISCUM ROMANUM, POLYCARPUM LYSERUM, SAMUELEM MOS-

 BACHI-

BACHIUM, JOHANNEM HEINZIUM, ANDREAM CORVINUM, JOHANNEM ADAMUM SCHERZERUM, JOHANNEM BENEDICTUM CARPZOVIUM, JOACHIMUM FELLERUM, JOHANNEM CYPRIANUM & JOHANNEM SCHMIDIUM; *quaternis* (post Illustrissimum Principem, JOHANNEM PHILIPPUM,) WILHELMUM SCHMUCKIUM, JOHANNEM HOPPIUM, ANTONIUMque GÜNTHERUM HESHUSIUM; *quinis* OTTONEM MENCKENIUM; *senis* VALENTINUM ALBERTI, JOHANNEM OLEARIUM; *septenis* JOHANNEM MICHAELIS & JOHANNEM ITTIGIUM; *octonis* GEORGIUM TOBIAM SCHWENDENDOERFERUM; *novenis* tandem (quam felicitatem nemo unquam alias est assecutus,) CHRISTOPHORUM PFAUZIUM.

Perlustrare nunc ulterius singulorum tempora & ex Historia rerum ab Ipsis bene laudabiliterque gestarum capita decerpere potiora constitueram, similem quippe industriam circa Academiæ Rostochienses Rectores superiori Seculo solenniter inauguratos anno istius ultimo nuper elapso a Magnifico D. JOHANNE NICOLAO QUISTORPIO adhibitam observans. Neque enim supervacaneum futurum arbitrabar, annotare obitus quinque *Electorum Saxoniæ*, CHRISTIANI II. in Rectoratum BAVARIANUM, JOHANNIS GEORGII PRIMI in SCHWERTNERIANUM, SECUNDI in FELLERIANUM, TERTII in HESHUSIANUM, QUARTIque in PFAUZIANUM incidentes. Enumerare deinceps *Jubilæa*, unum Academicum, A. 1609. & tria Religiosa, A. 1617. in inchoatæ feliciter Reformationis Lutheranæ, A. 1630. in exhibitæ Confessionis Augustanæ, & A. 1639. in Concionum Evangelicarum libere haberi in hac urbe cœptarum memoriam instituta atque celebrata. Renovata porro allegare *Auditoria*, Juridicumque A. 1641. & Theologicum A. 1680. ad eum, quo se nunc commendant, nitorem revocata. Extirpatum A. 1661. devovere *Pennalismum*. *Ædes*, quæ vocantur, *Principum* A. 1648. ad Academiam

miam reductas sistere. Originem referre *Actorum Eruditorum*, quæ ab A. 1682. ad præsentem usque singulis Calendis publicantur, quæque & apud ipsos exteros, quibus alias vix quidpiam, quod ipsi non parturiunt, est ad palatum, legi, celebrari & Ephemeridibus reliquis non raro anteferri intelligas. Laudare Gratiam & Sapientiam Serenissimi ac Potentissimi REGIS POLONIAE & ELECTORIS SAXONIAE, Domini nostri longe Clementissimi, qua *Juramentum* a novellis Studiosis coram Rectore alias præstandum abrogavit, & in spontaneæ obedientiæ professionem Anno abhinc proximo 1700. commutavit, & quæ sunt hujus generis sexcenta alia, in quibus referendis imitandum mihi sumere *Johannem Fridericum* erat animus, qui in Panegyricum Secularem die natali Academiæ ducentesimo dictum multa ejuscemodi ex duobus, quæ ultimum istud antecesſere, Seculis operose derivavit. Verum nimia me obrutum deprehendens rerum notatu dignissimarum abundantia, mentem post mutare coactus sum, provinciamque hanc relinquendam potius existimavi Chronici Lipsiensis Conditori perindustrio, *Johanni Jacobo Vogelio*, Civi meo, Compatri, inque Christo Jesu Fratri honoratissimo, a cujus opera plurimum lucis Academiæ pariter & urbis hujus patriæ Historia expectat.

Redeo proin ad TE, OPTIME SOCER, quem sibi Rectorem præfectum fuisse nemo non eorum, qui Academiæ nostræ addicti sunt, ex animo hactenus gavisus est. Illo ipso tempore, quo Rectori ex Polonica Natione, Magnifico SCHILTERO, funus parabatur, viventium numero eximi contigit FRIDERICUM GEISLERUM, & ipsum Polonis additum, post quem TIBI Collegiaturæ in Minori Principum Collegio (e quo nuper post obitum desideratissimi TUI *Ortlobii* in Majus transiisti,) beneficium dicam an officium? ipsius morte vacuefactum cessit. Poterat hinc Natio Polonica mire quidem tum afflicta in TE, qui membrum ejus ob natale solum es, novum

ſibi fulcrum polliceri, nec feſellit eam ſpes, poſteaquam nunc ad idem cum SCHILTERO faſtigium aſcendiſti. Sed & hoc ſingulare mihi videtur, quod brevi tempore poſt, quam defunctus fuerat Templi Thomani Paſtor, *D. Johannes Ulricus Mayerus*, iſto Collegiaturæ beneficio, quod in nulla, præter hancce noſtram, Academia orthodoxa ex Ægypti ſpoliis eſt reliquum, Lipſiæ TE arctius devinciri propitia ſors tulerit, quo nanciſceretur aliquando Thomanum Templum Paſtorem, qui munerũ Gravitate Mayerum æquaret, imo antecelleret, WEINRICHIOque, LANGIO, GEIERO, CARPZOVIO, at quantis nominibus! Rectoralẽ habitũ Paſtorali ſuperinduentibus haud eſſet inferior.

Sed quid dicam de Patria TUA dulciſſima, Zittavia? Singularem certe illa gloriam ex TUIS his honoribus ad ſe redundare ſentit, quandoquidem TU inter Ejus Filios, quotquot unquam hanc ſalutavere Academiam, ſecundus es, qui & in Cives ſuos extra Patriam commorantes Magiſtratum exercet. Primus Seculo decimoſexto eodem axiomate inſignitus fuit MICHAEL MASCUS, qui Philoſophiæ Magiſter A. 1576. & poſtmodum Juris utriusque Doctor A. 1582. faſces geſſit Academicos. Memoriam ejus anniverſaria celebritate in Patria, quanquam ea relicta Conſiliarium poſtremo Anhaltinum egerit, recoli TE edocente novi. Quid vero de TE ſtatuere illa tenebitur, ſi porro quidem erga ſuos ingenuam ſe præbere voluerit? Parentis TUI, Viri Suaviſſimi, & cujus redivivam in TE imaginem poſteros conſpicere plurimorum eſt ſententia, nondum dememinit. Et qui memoriam Theologi tantorum in univerſam civitatem meritorum depoſuiſſet, cum ante annos non adeo multos & TUI Nominis fama & Patris etiam poſt mortem Eidem chariſſimi amore mota dignitatem TIBI obtulerit Eccleſiaſticam, qua ampliorem intra ſuos circuitus haud reperit. Excellentiſſimum TUUM FRATREM taceo, qui, quod extra Patriam in choro TUI TU muneris eſſe arbitraris, in ipſa Patria in foro feliciter

citer

citer exequitur, uterque nimirum de suis quamoptime mereri elaborans. Imo quid de Zittaviensium TUORUM in TE favore dubitarem ego, qui ab Amplissimo urbis TUÆ Patriæ Senatu & in me, utut nec nomine Ipsi antea cognitum, quosdam ejus rivulos derivatos intellexi, quando, cum superiori anno nuptias TUA cum Filia Dilectissima celebrarem, nummum aureum pretii haudquaquam exigui munificentia Ejusdem dono mihi, prorsus licet immerenti, mittere dignata est. Quam benevolentiam cum hactenus alia deprædicare occasione minime licuerit, vel nunc demum publica gratæ mentis contestatione ut devote prosequar, mearum esse partium jure meritoque statuo.

Interim nec illud e singularium, quæ Rectoratum TUUM illustriorem reddunt, numero exterminandum est, quod *Janum* veluti *bifrontem* hactenus repræsentaris, RECTORque Seculum elapsum non solum a tergo respicias, sed & novum, quod hoc cum anno inchoavimus, directo vultu intuearis. Qui ante centum annos Seculum decimumsextum claudebat, septimumque supra decimum auspicabatur, eandem TEcum Nationem agnoscebat Polonicam, eodem sacro initiatus erat munere, nisi quod Pastoratui superaddita Episcopali quoque dignitate inclaruerit, GEORGIUS WEINRICHIUS, Theologiæ Doctor & Professor Publicus, ad D. Thomæ Pastor & Diœceseos Lipsiensis Superintendens, quem Hirschberga Silesiorum quondam tulit. Sed civem ille Seculo decimosexto in memorata sæpe dignitate prævium jam habuerat D. MARTINUM MEENDORNIUM, Anni millesimi quingentesimi sexti Rectorem hybernum. TU vero solus hanc vicem sustines, ut Zittaviensibus TUIS ansam præbeas, qua civem suum Rectorem Academiæ Lipsiensis ad duplex Seculum referre valeant. WEINRICHII vero sub Seculi decrepiti exitum renatique initium Rectoris mentionem dum injeci, non possum, quin & alium temporum parallelismum TE quoque

pro-

propius tangentem, in medium afferam. Annus agebatur millesimus quingentesimus nonagesimus nonus, cum Weinrichius *Superintendens*, Corneliusque Beckerus *Pastor*, uterque Ecclesiæ Lipsiensi præfectus, Doctoris in Theologia Gradum octavo Novembris die assumeret. Recurrente autem anno nonagesimo nono Seculi decimiseptimi eodem illo mense, die octavum istum proxime excipiente, cum Magnifico Domino *Superintendente* nostro, THOMA ITTIGIO, Patrono meo colendissimo, TU Thomani Templi *Pastor* eundem in Theologia Gradum a Summe Reverenda Facultate Theologica obtinuisti, quem cum anno subsequente circa idem tempus autumnale Rectoralis Dignitas exceperit, de TUA sane cum WEINRICHIO convenientia eo dilucidius cuivis constat.

Quanta vero cura & solicitudine, quanta fide, quanta cum dexteritate partes TIBI demandatas hactenus peregeris, vel ipsa satis abundeque testari cogetur invidia. Arduum valde Rectoris munus esse quis inficiabitur? Juvat iterum audire, quem supra jam laudavi, Beatum D. *Valentinum Alberti*, qui de isto ita sentit: *Magnificum est nomen, splendida purpura, par sceptrorum in umbra Scholæ satis fulgidum, omnia ad placendum comparata, nisi onus vel Ætna ipsa gravius his phaleris involveretur tegereturque. Expertus loquor*, addit, *nec, scio, quispiam eorum, quorum humeri aliquando hoc splendore fuerunt ornati, onerati, facile mihi contradicet. Civitas nimirum regimini ejus est subjecta, sed in qua libertas parvo aut nullo limite distinguitur a licentia; hinc facillimus in varia vitia & flagitia lapsus, hinc molestia Rectoribus & solicitudo ingens, quæ cum aliarum etiam Academiarum Moderatores circumstet, nova prorsus accedit Nostris, ob jurisdictionis, quam vocant, amplitudinem, quæ heic non paucos ex illis, qui habitu aut titulo literati sunt, reipsa Boeoticis pecoribus rudiores, capit, nihilque ex iis, cum sapiant nihil, præter molestias percipit.* TU vero etsi hæc singula

Orat. Parentali in Magnif. Schilterum.

exper-

expertus & ipse fueris, feliciter tamen adversa quæque superasti. Neque enim prima hæc Rectoralis muneris administratio fuit, quanquam Lipsiæ eandem prima vice humeris TUIS imponi passus sis. Jamtum enim A. 1683. mense Octobri in Academia Rostochiensi, cujus tum Professor constitutus eras, simulque Archidiaconi Jacobæi munere defungebaris, onus hoc ut promte recepisti, sic felici quoque cum eventu portasti. Eam insuper TIBI jam a multis annis comparasti rerum agendarum prudentiam, ut muneri tam arduo par omnino esse potueris. Laudasset eam sine dubio in TE prolixius, quicunque Oratoris partes explevisset, si Rectorum quidem Commendationes hodienum obtinerent, prout olim Magistratum Academicum post mensem unum vel sesquialterum, ex quo electus fuerat, publico omnium aspectui decente cum pompa laudibusque debitis sistere consuetudo ferebat. Provocare impræsens lubet ad ejusmodi Orationum bigam, quarum alteram Theologus accuratissimus, HENRICUS HÖPFNERUS, in Panegyrica Pro-Rectoris FINCKELTHUSII commendatione A. 1623. die 7. Decembris habuit, quamque vix uspiam me conspexisse scio, nisi in Bibliotheca nostra Thomana, in quam una cum libris aliis numero plurimis & præstantissimis ex liberali B. Höpfneri legato transiit; alteram vero recitavit B. RAPPOLTUS, (quem hospitem TE ac Præceptorem olim veneratum fuisse ex ore TUO me hausisse memini,) in commendatione D. GODOFREDI WELSCHII, Medici apud nos famigeratissimi, quem insolito exemplo A. 1665. post occasum demum Solis Rectorem electores ordinarii constituerant.

Sed quid, cum tot præclara facta laudes TUAS omnium mentibus insinuent, verborum apparatu opus est? Quamvis pro TUA, qua polles, modestia nihil quicquam TIBI, sed divino cuncta Numini in solidum attribuas. Adfuit quoque

TIBI DEUS Optimus Maximus quamclementisſime, eumque TE nanciſci fecit laborum TUORUM finem, de quo nunc merito impenſe TIBI gratulamur. Turbas a regionibus noſtris bellicas avertit, quæ quarto Seculi ſuperioris decennio currente multas in hac urbe gravesque Studiis Academicis remoras injecerunt. Peſtem longius abesſe a nobis jusſit, quæ ante annos hos viginti miram Rectoris quoque muneri mutationem induxit. Ei tunc Magnificus ALBERTI præerat, ſed mutata in ſolennitatibus conſuetis tantum non videbat omnia. Inter cætera, quotquot Academia hæc habet, Collegia proprium id eſt Majori Principum, quod in eo Rectores & eliguntur & commendantur. Sed nihil horum, ex quo iſtæ cumprimis ædes contagio laborabant, conſueto fieri loco poterat. Rector eligebatur in Collegio Paulino, locoque Bibliothecæ publicæ; qui Philoſophiæ & Theologiæ nomen unice dederat, laudabatur (ex more ſupra allegato,) in Cathedra JCtorum, quam Collegium Petrinum his tantum aperit propriamque ſervat; nec ante vigeſimum ſeptimum diem Martii A. 1681. denuo quaſi initiare Is valebat Cathedram Philoſophicam, e qua tum rurſus Leges Academicæ prælegebantur. TU vero ſanus ac ſalvus inter optime valentes Rectoralem Purpuram induiſti, aliisque ſolennitatibus loco conſueto coram numeroſa Juventute peractis ſæpius interfuiſti, ut adeo, cur TIBI gratuler, & iſtam ob rem omnino habeam.

Refert hæc Ipſe in poſteriori Oratiuncula *Paræneſi ad Studioſam Juventutem* A. 1681. editæ ſubjuncta, p. 159.

Equidem! haud integris per omnia viribus ſpatium hoc ſemeſtre decurrere TIBI concesſum fuit, quin potius per unam alteramve hebdomadam ad ipſum fere reſignationis usque terminum lecto TE affixum boni omnes non dolere nequiverunt. Etenim nec *Johannis Rudolphi Salzmanni* fata ſubire es coactus, qui ſtatim atque A. 1669. Argentorati Rector ſalutatus erat, tormenta & cruciatus morborum undique in ſe proruentes ſentiebat, adeo ut totum

Teſtatur hæc de ſe in Program. quod tanquam Pro-Rector in obi-

tum tempus non absque magnis doloribus triverit, nec prius convalescere potuerit, quam dies resignandi officium immineret; nec triste adeo desiderium reliquisti Academiæ, quale post se *Cælestinus Mislenta* Regiomontanæ reliquit, ubi eodem die, quo Rectoratus functionibus se erat exuturus, terris hisce valedixit. Sed, DEO adjuvante, cum valetudine potius redire cœpisti in gratiam, TIBIque ego & ob recuperatam sanitatem merito nunc gratulor.

tum *Balth. Scheidii*, Rectoris, A. 1670. Argentorati affigi curavit. Conf. VVitten. *Memor. Philos. Dec. IX. p. 551.* Adde *Memor. Theol. Dec. VIII. p. 1057.*

Matrem amittebat, cum Rectoris vices primum sustineret Beatus Antecessor TUUS, CARPZOVIUS, & Socrum, cum eadem dignitate conspicuus esset D. D. GODOFREDUS NICOLAUS ITTIGIUS. Verum nec cujuspiam e TUA familia funesto indolere opus habuisti casui, quin Filiam TUAM natu majorem, Conjugem meam suavissimam, durante Rectoratu TUO Rostochiensi natam, spem TIBI in dies singulos propiorem cernis facere, fore, ut mox Avus faluteris, sicubi, quod confidimus, optato illa cum successu uteri, quam hactenus gestavit, sarcinam deposuerit, Deoque obstetricante felix puerpera evaserit.

Cuncta igitur hæc animitus TIBi iterum iterumque, VENERANDE SOCER, gratulor, Deumque precor, ut, quæ TUAM hactenus exhilaravit mentem, felicitas in seram usque senectutem TUAM perennet. Servet quoque Numen propitium eos ex Academiæ nostræ Doctoribus, qui post dignitatem, quam modo abdicasti, superiori Seculo administratam hodieque sunt superstites, JOHANNEM OLEARIUM & ADAMUM RECHENBERGIUM ex Facultate Theologica; AUGUSTUM BENEDICTUM CARPZOVIUM, ANDREAM MYLIUM & GODOFREDUM NICOLAUM ITTIGIUM ex Juridica; JOHANNEM BOHNIUM & AUGUSTUM QUIRINUM RIVINUM ex Medica; JOHANNEM CYPRIANUM, JOHANNEM SCHMIDIUM, OTTONEM MENCKENIUM, VALENTINUM FRIDERICI, CHRISTOPHORUM PFAUZI-

um ex Philoſophica. Magnifico SUCCESSORI TUO tranquillum atque fortunatum per omnia regimen concedat, Academiam denique ipſam flore perpetuo vigere faciat, ut ſuum nanciſcatur complementum iſtud, quod *Melanchthon* olim coram Mæcenate Academiæ Lipſienſis ſuperius a nobis laudato, Georgio Cummerſtadio, edidit, vaticinium: *Urbs Lipſica,* inquiens, *diuturnius hoſpitium Studiis conceſſura videtur, quam cætera. Hoc ſi me non prudentia civili prædicere putas, exiſtimes tamen vaticinari quodam animi impetu.* Quo effato, boni ergo ominis, Epiſtolam hanc obſigno, TEque, SOCER PERPETUO OBSEQUII CULTU PROSEQUENDE, ex animi ſententia valere jubeo.

Vid. *Volumen Epiſtolar. Melanchth. ſingulare A. 1647. Lugduni editum, p. 2.*